

siderius langobardus confirmavit. Scriptum reliquit Dandulus id egisse paulum de finibus progratis una cum Marcello militum magistro. Quod si ita est: apparet eum magistratū: aut ante ducem fuisse: aut cum ducatu cōpisse. Scribit prēterea magistros militū apd' Gr̄cos omnibus tribunis ante latos extitisse quasi populi moderatores. De eorū tporum magistrati bus plura p̄fari haud facile est. Neq; n. ulla fere extat: Q d̄ sepe querimur eorū temporū bene digesta monumēta. Si tamen decet hēc & huiusmodi coniectura assequi: multos crediderim eius generis extitisse creatos magistratus: q̄ nunc extant. Quis. n. credat iudices non datos mercature: nō datos rei nautice: nō stabilibus bonis: nō pactis cōuentisq;. Quin p̄grediar si licet ulterius: multa quoq; eorum tporum noīa in hāc usq; nostra: cōtinuo usū deriuata. Cum noīa nouandi: non uideam quē nā ulla satis digna afferri possit ratio in his pr̄esertim magistratibus: Q ui ex ciuitatū natura: non aut ulla ingruēte noua ratiōe: semp̄ creati sunt. Q uales multos uidemus: tū forenes: tum conciliorū genera. Sicuti Romæ: ex quo cepere prætura: edilitas: tribunatus: cēsura. Cæterū quēadmodū suspicari quodcūq; libet: licet ita temere affirmare quē obruta sunt tanta obliuionis caligine non decet. Idem quoq; dīci de legib; iure uidetur posse. De his enim scribere certius aliquid nō ausim. Duo in uniuersum attingere nō piget: quæ & innata sunt genti: Q uæq; nunc etiā uidemus extare. Nam tametsi tpa delabuntur locorū tamē natura: & quæ ab ea p̄ficiuntur uiuendi disciplina: mutari nequeunt: Ex quibus duci leges oportet. Nā cum oīs Venetorū: hoīum uiuēdi ratio mercatura cōstaret: gerendis aut negocīis: nihil esset tam infestū aduersumq; implicatū litigiis: foro detineri: ubi tempus contereret: melioribus impendendum rebus: tollendq; illis fuerunt cause omnes ex qbus lites orerētur: aut in longū p̄traherentur. Prīmā igitur his malis dare cām uiderunt legū multitudinē & plixitatē: qua ex re uarii interdū fallacesq; a causidicis sensus: diuersē & uafre interpretationes subministrantur. Fieri aut ex eo: q; qui ualerent ingenio: & lingua dominarētur in iudiciis: nouis semp̄ cauillatiōibus: & uersutiis intenti: qbus ementirētur ueritatē in ceterum causarū exitus p̄trahi curarent. Ex his īmodici subsequebantur: sumptus capite ipso maiores. Ad eas euitandas res utile existimārūt paucas eē leges: & q fieri posset breuissimas. Facile hoc comprobatur ex his quibus nunc in foro utūtur. His nihil pōt esse breuius. Legibus igitur impatoriis oīno abstinuerunt: quod nōnulli ad eam causam referunt: ne pr̄iudicium facerent Venetæ libertati: nōnullorū regum exemplo. Ego tamē magis in eam p̄tē accipio quā supradixi: Adiuenerūt aut iudicandi formam longe breuiorē contractioreq;. Quoniā aut paucis breuib; legib; cause oēs cōprehendi nō possent: aliud necessario cōsequebatur: ut uidelicet cū deficeret scriptę leges: equi & boni rō apud eos plurimū ualeret. Innatus ē. n. gē